Suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, stare, Juri parere, respondere, damna praefata Terrestria simpliciter taxata luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebit, seq[ue] ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes Causas eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra proximos Officy praefati Castren[sis] Capitaneal[is] Premysliens[is] Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, suspensoris, fatalys Juris, praescriptione Terrestri, bello, conventionibusq[ue], ac alys omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac ipsa praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Slezanowski Parentem Suum Quietat.

S[ołtys?]

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Premysliens[ibus], Nobilis Alexander Slezanowski, Generosi Stanislai Slezanowski, cum olim Gnosa Constantia de Philipowice Malawska Consorte eius legitima procreatus Filius. Sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprys et

2140

competentibus recedendo, praefati vero Castren. Capitaneal. Premyslien. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, bonisq. suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq. subyciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suprascriptum Gnosum Stanislaum Slezanowski parentem suum eiusq. posteros de summa Trecentorum floren. polon. ex summa originali Sexcentorum floren. polon. per eundem Gnosum Parentem suum, sibi Recognoscenti atq. Nobili Annae Slezanowska sorori suae germanae ambobus insimul, coram Actis Officy praesentis Castren. Capitan. Premyslien. Feria Secunda post post Dominicam Misericordiae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto vigore successionis post olim Gnosas Catherinam Rusianowna, olim Gnosi Andreae Komorowski consortem, tum post olim Annam, de Wola Grodecka Rusianowska, olim Gnosi Pauli Woitowski consortem, Avias suas se Recognoscentem et praefatam Nobilem Annam Slezanowska sororem suam germanam, concernentis modo simplicis debiti inscripta, et ad solvendum super bonis suis omnibus assecurata proveniente: tum de eadem ipsa Inscriptione debitorea Castren. Capitan. Premyslien. ob praestitam sibi Recognoscenti summae eiusdem Trecentorum floren. polon. ad sortem et interesse portionemq. suam spectan. per praefatum parentem suum realem, effectivam, et plenariam satisfactionem quietat emittit dimittit liberumq. et absolutum perpetuo pronuntiat Inscriptionem eandem debitoream quo ad summam eandem Trecentorum floren. polon. per se Recognoscentem levatam et perceptam tantummodo spectat cassat

mortificat, et annihilat. Recognoscens sibi ab eodem parente suo summae praefatae Trecentorum florenorum polonorum ad sortem portionemque suam spectantis plenariam praestitam esse persolutionem.

Krainski ab una, et Ratynskie Coniuges ab altera parte mutuo sese Quietant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosi Stanislaus Casimirus de Krainka Krainski ab una, et Michael Casimirus Ratynski, Regens Cancellariae praesentis Castrensis Capitaneal. Premysliensis et Helena Bartoszewska Coniuges legitimi, parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti verò Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et quidem suprascripta Generosa Ratynska Consors cum mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infra scripta recognoscenda consensu se sese mutuo et invicem, una pars alteram, cum posteris utriusque partis: de Causis et Actionibus quibusvis ad quodvis Iudicium seu Officium Regni per partem quamcunque parti intentatis, seu intentandis. tum de quibusvis